

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Odium a  
cum uariis

Tria sunt genera hominum que odit Deus: remanentem, retro redeuntem, aberrantem. Excitandi sunt remanentes, retro redeuntes reuocandi, errantes in uiam reducendi, tardi exhortandi, celeres imitandi. Qui non proficit, remansit in uia; qui forte a meliore proposito declinat, ad id quod deterius reliquerat; reuersus est retro: qui fidem deserit, a uia errauit.

Augustinus de nouo cantico.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

aberrantem] oberrantem C M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; reuocandi] et *add.* M; imitandi] imitendi B C;  
meliore] meliori P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; id] illud P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>